

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 \* 4 \*



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Ansalino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Ansalinum Romae causa servestanae iezehum M. Teti a fena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelin ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Ansalino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Ansalino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolpho Princ: Ansalini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravintonis et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Desuensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistrum autum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio a Callemijs
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Gualtero
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Strenis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisberi
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



Quod felix faustumq; esse jubeat  
supremus ille Pronubus,  
De novis Nuptiis,  
Quas

D. O. M. A.

Vir Reverendus Humanissimus juxtà  
ac Doctissimus, DN.

M. CHRISTO

PHORUS NETTELBECIUS,

Diaconus Bernburgensis ad D. Ægidii,  
& Pastor Dröbeliensis

Cum

*Lectissimâ & pudicissimâ Virgine*

A N N A

Viri integerrimi & honestissimi

Dn. GEORGII Schünbogets /

Civis quondam Servestani primarii

relictâ filiâ

*Bernburgi A. D. IV. Non Xbris, Anno reparatâ salutis*

*M. DC. XXII. celebraturus est,*

Gratulantur

*Amici.*

SERVESTIÆ

Characteribus Zachariæ Dörfferi.

CI. LXXII.

Em





## EPIGRAMMA

ad

SPONSUM.



Esse auditor ego, nunquamq; repone-  
re malim,  
Quam *Vates* interdici esse novos.  
Gratia jam perijt versus, *Vatumq;* maligno  
Vix teper, his secli moribus, igne focq;  
Non est qui melico pretium fecisse labori,  
Seu, *Naso*, redeas, seu, *Maro* dive, velit.  
Non habet *Augustum Mecænatemve* *Canorus*  
*Romane* fidicen *Teutoniceve* lyrae.  
Esse tamen nugas aliquid si forte putabis,  
Quas *Sponsis* olim nostra *Thalia* dedit:  
En cape, qui poscis, quos illevisse papyro  
Versiculos potuit arida vena breves.  
Conjugium voveo, cui pleno copia cornu  
Affandat, quicquid, *Sponse*, vovere queas.  
Ne dubita: voti nostri damnabimur olim:  
Jam tibi dimidium totius, ecce, venit.  
Ecquod dimidium, quaris? *Lectissima Sponsa*:  
Dimidium hoc toto plus tibi, *Sponse*, valet.

*Marcus Fridericus VVen-*

*delinus. G. A. R.*

A 2

VOTUM



VOTUM NUPTIALE.

**S**piritus ut DEUS est castus: sic casta Virago

Est donum summi, Viva & imago DEI.  
Jungitur atq; Viro socialis fœdere læti,  
Qui studet ingenio corde timere DEUM.  
Ut Sibi solamen gratum sit, dulce levamen,  
Sit, sibi sollicita fida Columna domus.  
Gratulor ergo tibi affinis de conjuge casta  
Sponse, DEI nutu que tibi nupta venis  
Atq; novis precor ut Sponsis fœlicia cedant  
Vincla thori, damnat que Papa: sacra probant.  
Vivite longævi jucundâ pace, videntes  
Dulcia fœcundi pignora conjugii.  
Cum quibus unanimes referatis debitâ laudum  
Munera, cantantes jubila grata, DEO.  
Infelix cum sit conatus & irritus omnis,  
Absq; DEI fato: sint rata Vota precor.

boni ominis ergo  
accinebat

Ludolphus Beuke Eccles.  
Hverst. Minister.

ANNO

Christophoro NeteLbeCio pla ConsoClata  
ANNA Venlt thaLaMIIVre pVeLLa bono.

Ad

*Ad*  
*Rev. DN. SPONSUM, &c.*  
*amicum honorandum.*

**A**ltera jam cani nix est exorta Decembris,  
Et Boreas pulso regna tenet Zephyro:  
Nix regit arva, riget glaciali frigore tellus,  
Jamq; suas latitans Flora recondit epes.  
Undiq; grassantur morbi, scelera impia, fraudes,  
Interitumq; parant æquora, terra, poli.  
Imprimis Bellona furit, Mars cæde cruentat  
Orbem, quæ mentem, lumina quaq; refers:  
Adde quòd ulla domus vix inveniatur, acuto  
Quæ non fortunæ verberè tacta gemat.  
Et mala quis totum quæ regnant fusa per orbem  
Scribendo integras Iliadas numeret?  
Tu tamen intereà, mediis tranquillus ut undis,  
Sub tacito flammam pectore amoris alis,  
Quoq; magis Boreas, quod miror, doctè Magister,  
Sarmatico largas spirat ab axe nives,  
Horrendo & cælum tristatur frigore, flammam  
Hoc minùs extinguunt frigora tanta tuas:  
Quin magis accendunt etiam, quis credere possit?  
Et gelidâ flagrans de nive crescit amor.  
Fallor, an hos primùm tibi conciliavit amores  
Nix, unde & flammam auget alitq; tuas?  
Sic est, vera canis, mea Musa, & mira, nec isto  
Te vanam augurio lubricus error agit.  
Urbs veterum quondam Soraborum est inclyta, famæ,  
Dulce cui celebris stat sine morte decus,

2101

A 3

Nescio

Nescio multorum quo se hæc candore recondæ  
Mentibus, & mentes ducat amore sui.  
Nuper ut hanc paucos aut fato aut fortè revisit,  
Ante dies præstans arte Netelbecius,  
Obvolat intranti mox candida avicula, Nymphæ  
Nubilis adsimilem vultum habitumq; gerens,  
Horrea cui nomen gravidis stipata dedere  
Frugibus, integri sanguine creta patris.  
Miratus formam juvenis, moresq; politos,  
Intemeratam animi corporis atq; nivem,  
O sis fata velint, hac me cum compare vitam,  
Infit, consorti ducere rite toro!  
Nec mora, adhuc vultu dum lumine virginis hæret,  
Et tacito propius tentat adire gradu,  
Sedibus æthereis niveis delabitur alis  
Candidus & nervo spicula torquet Amor.  
Torquet in amborum declivi pectora motu,  
Protinus & tales edidit ore senos:  
Vos olim socio qui corde calefcitis igne,  
Unanimi junctos vos decet esse toro.  
Annuere ut dictis Divûmq; hominumq; Satorem  
Sensit Amor, porrò, fausta precatus, ait:  
Par benè compositum, felicem vivite vitam,  
Longæviq; dies vivite Nestoreos:  
Incoler usq; domum mitis Concordia vestram,  
Regnet & in toto Gratia blanda toro.  
Ah pereat, quisquis malè sano sacra furore  
Vincula connubii dissoluisse probat.  
Diffidii genitrix pereat socialis Erinnyis,  
Ipsa maritali plusquàm inimica Toro!

M. Georgius Enderlingius,  
Pastor Altenburg.

SPON.



SPONSIS.

Sunt, qui amant mirâ vice temporum istâ,  
Fœdere haud nuptam sibi jungere a quo;  
Conjugi expertem thalamiq; malunt

Degere vitam.

Sunt, qui amant, mirâ vice temporum istâ,  
Nec pari nupsisse, nec altiori;  
Conjugi expertem thalamiq; malunt

Degere vitam.

Quid sit hoc! Martis furias utriq;  
Atq; Bellona metuunt, in omnes,  
Zela vibrantùm fremebunda belli.

Teutonis oras.

Agnitu dignum hoc; aliquidq; grande hoc!  
At, Papa! Cælum sibi quis serenum-  
Semper effingat, vacuumq; totum

Turbine Mundum?

Semper afflârunt Zephyrusq; & Eurus;  
Semper exultant vice Pax & arma;  
Semper occurrent inimica gratis;

Grata inimicis.

Pars sed illorum quotacunq; fortè  
Subsecuturum exilium extimescit;  
Fortè morborum varios regressus

Fingere querit;

Fortè fortunam tenuem, propinquos  
Sortis afflicta, faciem, minusq;  
Fortè vel munus solitumq; gressum

Carpit Amantis.

Cognitu dignum hoc; aliquidq; magnum hoc!  
At, papa! votis sibi quis peraquum

Semper

Semper appingat, similemque ab omni

Parte beatum?

Hi suis verbis, quid ament, quid ante  
Dudum amavissent, potius quid inde  
Sint amaturi, (mibi crede) produnt,

Soricis instat.

Nempe! non ipsos Dominos, Sed ipsas  
Ob facultates, generisque, & alte  
Sortis afflatum Dominos amarent,

Si quid amarent.

Quid? quod hi prestare fidem fidei  
Conjugi apparent voluisse parvam,  
Aut Dei diffidere opi, nefasti

Tempore belli.

Sape mutantem animum, tumorem  
Sentiunt vanum, reperuntque feri,  
Quos prius fecisse putant repulsam

Corbe ferentes.

SPONSE, Te laudo potius, colende;  
SPONSA, Te laudo potius, colenda;  
Ambo qui vestram Domino salutem

Creditis omnem?

SPONSA, nec Martem es timuisse saxum  
Visa, nec sortem, rigidumve mentem,  
Sed tui mentem reputasse cari

Donaque SPONSA

SPONSE, divina bonitate fretus,  
Et torum exosus vacuum, iuramentum  
Credis, ut pacis placida; nefasti

Tempore belli.

Hinc Tibi lectam, propriam dicasti  
ANNULAM, bellam volucrum Puellam:  
Ambo spem vestram in Domino locastis

Firmius uno.

Ille

Ille vos, (mentis doveo recessu)  
Largâ opum dextrâ recreet benignus,  
Et sui (tanquam clypeo) favoris

Protegat umbrâ.

Ille vos multâ faciat Parentes  
Prole felices; faciatq; vestro  
Ut toro gratis bona Pax Amorq;

Advolet alis.

gratulatur

M. Ernestus Wulstorpius  
Scholæ Berenb.  
Rector.



### ALIUD.

**N**ullane vestra igitur Salanæ corcula  
Nymphæ  
Flamma rapit, nullus pectora adurit amor,  
Nec cura tangit Connubi?

Nec tres florenti juvenes ætate politos  
Doctrinâ, Albiaci per vada cœca freti  
Transire duras vos piget:

Ut sibi brumali hoc cogantur frigore ternas  
E Servestanis quærere, jure Tori  
Quas firmiter jungant sibi.

Haud reor. Haud etenim genuit vos Caucasus, ursæ  
Nec quondam admôrunt ubera sæva, dedit  
Quanquam Urfa nomen Patriæ.

B

Fac

Fac igitur, NETTELBECCI, nove Sponse, Magister  
Et Tu, V Vultorpi, fac, Friderice, sciam  
Causam sciam fac consill,  
Cur Tibi cur illi cur isti tempore Sponsæ  
Hoc adducende sint aliunde, tribus  
Serveita Sponsas cur locet.  
Interea, mihi præsentis dum cognita vestri  
Cousilii fuerit causa caputq;, precor,  
Ut fausta cedant omnia.  
Immò, quæ reliqui gratanti pectore amici,  
Quæ reliqui vobis ore tubinde vovent,  
Comprendo paucis omnia:  
Sint rata vota, Deus faxit, fausto omine cedant  
Omnia, sint Sponsis prospera cuncta novis,  
Fac vota SPONSIS sint rata.

*M. Petrus à Jena.*



*Parodia ad Odam 36. libr. 1.*

*Horat.*

**E**T voto atq; animo juvat  
Gratari meliore, atq; melismate  
Lato, conjugibus novis,  
Qui nunc in Sorabum principis oppido,  
Bernburgo, fluvii accola  
Salæ Conjugii festa parant pii.  
Et fausta instituunt avia  
Divini memores ordinis & status.  
Quo non gratior est DEO  
Ullus, sicut opus, quod sacra habet, docet.  
Hinc

Hinc ergo celebrabitur  
Lati hos conjugii legitimi dies.  
Adsis lætitiæ dator  
Bacchus, cumq; jocis ingenui sales.  
Ast curæ & querimoniæ  
Nullum heic inveniant iustificæ locum.  
Omnes conjicient suos  
In Sponfos oculos, Sponsus & haud suâ  
Divelletur ab ANNULA  
Et pulcrâ & Venere ipsâ mage splendidâ.

*M. Martinus Cramerus.*



Ad Dn. SPONSUM.

**T** Andem tu quoq; post laboriosa,

Amice o mibi plurimum colende,  
Vita tempora, temporumq; flexus

Dediscis vacuo cubare lecto,

Et ducis tibi bellulam Puellam,

ANNULAM Tibi BELLULAM VOLUCREM,

Sic JOVA dubio procul volente,

Qui primus Thalami est jugalis Autor

Et Tibi, ut Thalamum petas jugalem.

Hunc ergo Tibi gratulatus imis

De cordis latebris, precor, JEHOVA

Secundet, faciatq; prole multâ

TE, SPONSAMq; tuam quater beatos.

Adsit Conjugio alma Pax, Amorq;

Adsit mutuus; oscula, atq; verba

B 2

Blanda;

*Blanda; Sint procul hincce rixa & ira,  
Conjugalia jurgia, atq; fustes.*

Joh. Taschenbergerus, Junior  
ribus de Borstel p.r. à studiis  
in Aula Beruburgensi.



Magister Christophorus Nettelbeccius Spon-  
sus est, Anna Schonvogelia Sponsa:

*Per Anagrammatismum:*

NOSTIN? AVIS PULCHRA EST, LEGIS  
HANC. PORTAS, AGE, CHRISTUM.  
VOS. BONE SPONSE. NOCET.

*Evolutio Epigrammatica.*

**C**HRISTUM humeris PORTAS, Quare  
Te munere digno

Nunc ornat summi gratia summa Patris.  
Præmia digna refers, quoniam virtute PUELLA  
(Plaudere AGE) Tî multâ nobilitata venit.

Quam Tibi Connubio jungis, Doctissime Sponse,  
PULCHRA AVIS EST. Ergò hanc, ô BONE  
SPONSE, fove.

HANC LEGIS, eximias quæ dotibus aucta, Puellam:

NOSTIN? Num retulit nuncia Fama Tibi?  
VOS fervet Dominus, Connubii & Autor & Auctor,  
Quo Duce nil Satanae vis inimica NOCET.

*Gratulabundus F.*

*Zacharias Müller Ascanius.*

AR.

ARGENTITIBIPONDERA, ET  
Auri multa dabunt alii, nova munera SPONSE,  
CRATEREM sed ego muneris apto loco,  
Quem vultu placido suscipias precor,  
Non quidem sapido mero refertum,  
Votis pectoris ast mei.

Pol sapis ergò,  
Culte Magister,  
Quòd jungis tibi Virginem  
ANNAM Connubio tuo peritam:  
Si forsan dolor est rebus in asperis,  
Hæc didicit prudens te recreare virum.  
Quare age, de TALI felix latare P U E L L A,  
Iutuitu primo quam TU complexus AMORE es:  
VIRGINE de tali gratulor usque TIBI,  
Ac ut vestra, precor, vincla jugalia  
Sint fausta & vigeant, domoq; vestra  
Aeternum maneat, sine  
Lite furenti,  
Litesfementi.

Sit Pax, mutuus ac amor  
Vobis, & similis puer P A R E N T I  
Et M A T R I similis blandula Filia  
Nascatur decimo faustè post mēse peracto  
Sic tandem P Y L I O S Nestorcosque dies  
Vestrâ vincentes in Prole videbitis ambo,  
Urticary, NOVAS, & AVES, prædico, venustas.

*Hæc paucula*

*ponebat*

Christianus Reutter  
Servestanus.



MAGISTER CHRISTOPHORUS NETTELPECIUS

Per Anagr.

UT STRUXERIT CASSE PHOENICEM PHILTRO.

**A** Lites Auceps capit VT tenellos  
Callidus parvis laqueis: dolosa  
Atq; sic magnis avibus torosa

Retia ponit.

STRUXERIT quamvis pedicas feroces,  
Nempe PHOENICEM hunc tamen hant fesellit  
CASSE, sed PHILTRO, Paphiaq; telis,

Exterus Auceps.

Aucupem o ergo merito sagacem  
Atq; felicem, volucrem quod hanc non  
Cognitus terra, laqueo & suo fe-

fellerit astis.

Mira sed sunt hac, valere cur non  
Incola veri Regionis ejus  
Huicce PHOENICEM laqueis dolosis

Fallere pulcrum.

Hanc AVEM raram foveat, piamq;  
Huic avi pulchra faveatq; casta,  
Divitem curet volucrem, probamq;

Blandulus Auceps.

Integrum vitæ scelerisq; purum  
Aucupem hunc, doctum simul & sagacem,  
Conjugem hunc charumq; tuum futurum

Dilige Phœnix.

Plurimos pullos videant futura  
Lustra, vos multâ faciat Parentes  
Prole Rex Cæli, videant uterq;

Nestoris annos.

Et



*Et loco primo sit EROS Cubilis,  
Vendicet concors sibi Pax secundum,  
Nidulo a vestro procul hinc faceffit*

*Turpis Enyo.*

## CHRONODISTICHON.

Opto noVo CeDant Vt faVstiter oMnia nVpro:  
HæC bona ReX RegVM Vota petIta Dabit.

*Mauritius Erythraeus.*

## ALIUD.

**S**PONSA modesta venit, nimio non percita  
(fastu,

SPONSE, tuo dulci, Frater amande, Toro:

SPONSA venusta venit, Pietatis adorea sancta

Candida, virginei lenæ iubarq; chori.

Hanc, mi Frater, amam Sponsam virtutibus auctam

Tam multis, plenam doribus atq; piis.

Hanc teneas, fuerit tutela salisq; tuarum

Rerum: fixa domus illa basisq; tuæ.

Hanc foveas, inquam, detrueret pectore curam,

Te Dominumq; suum corde coletq; virum.

Felix, ô nimum felix hac virgine Conjux!

Hoc ô & felix Conjuge Virgo nimis!

Vivite concordés, multos feliciter annos

Dulcissimum JHOVAE fundite vosq; melos.

*Φιλαδελφίας χάριν apponebat*

*Josua Nettelbecius, Sponsi Frater.*

*Dum*

ALIUD.

**D**um pulchram jungis Tibi, Fraer amande, Puellam,  
Nulli Virtute & nulli Pietate secundam,  
Gratabor cum aliis Tibi & optima quaeq; precabor.  
Grator de Sponsa multis Virtutibus aucta  
Tali condigna, res non est falsa marito.  
Illa precor, radiis qua sunt suavissima vestris  
Mutuus adsit amor, Pax pulchra, reciprocus ardor,  
Ardor, Nestoreos firmus mansurus in annos.  
Inter vos vigeat concordia mutua, vita  
Discors, heu multos hac tempestate fatigans,  
Arma ubi saepe furor dirus scelerata ministrat,  
Edibus a vestris, JHOVA auxiliante, recedat.  
Hec precor ex animo, Frater charissime. Votis  
JHOVA meis faveat, det plura & ipse petitis.

Daniel Nettelbecius, Sponsi frater.

Poetische Allusion

Auff der Braut Nahmen.

**N**ewlich ein Vogelsteller gut  
Mit seinen Garn und Netzen  
Spazieret auß mit gutem Muth/  
Sich etwas zuergehen.  
Er sah ein schönes Vögelein  
Ben ihm fliegen fürüber/  
Es war so lieblich hüpsch und fein/  
Daß Er sich wundert drüber.

Ein

Sein Garen Er thet stellen auff/  
Das Vöglein ihm zufangen/  
Er wart mit allem Fleiß darauff/  
Er hett gar groß Verlangen.  
Er wartet darauff etlich stund /  
Es jammert ihn im Herzen /  
Das Er dasselb nicht fangen kunt /  
Es bracht ihm großen Schmerzt.  
Er gieng umbher bald hier bald dort/  
Wenn Er es hett vernommen /  
Bald an diesem / bald an jenem ort  
Hofft Er es zubekommen.  
Aber alles vergebens war/  
Wie Ers auch thete machen/  
Es war verdorben ganz und gar  
Mit allen seinen sachen.  
Und als Er sahe nun zuletzt/  
Das Ers nicht kont erjagen/  
Vor Angest Er sich nieder setzt/  
Und sieng so an zuklagen:  
Ach Jupiter / wie geht es doch  
Mir jetzt mit diesen Dingen?  
All mein Fleiß Ich dabey thu / noch  
Will mirs gar nicht gelingen.  
O ehrlos Inforumium /  
Wie thustu mich so plagen?

¶

Mit

Mit Worten kurz in einer Summ  
Kan Ich mit Warheit sagen /  
Von dir man wenig hat Gewin /  
Wie Ich oft hab gelesen /  
Denn wo du einmahl kömmeft hin /  
Da ist es gut gewesen.  
Fortun komher / auf dasz mein Hertz  
Sich könne recreiren /  
Und sich mein vielfältiger Schmerck  
Mög widerumb verlieren.  
Zu dem Er saße so allein /  
Und thet sein Jammer klagen:  
Kam gegen ihn ein Knäbelein /  
Hülff GOTT hülff / thet Er sagen /  
Was kömt mir denn entgegen dar?  
Wie selzam ist formiret?  
Denns mit Bogen und Pfeilen war /  
Gleich wie ein Schütz / gezieret:  
Das sprach / Was sitzstu hier / mein Mann  
Mit trawrigen Geberden?  
Ich wil dir helfen / wo nur kan  
Dir hülff geleistet werden.  
Hierauff der Bogelsteller sprach:  
Dasz ich bin so betrübet /  
Ist ein schön Vöglein die Ursach /  
Das mein Herten geliebet.

Ich

Ich will dir Hülf bezeigen sein/  
Antwortet bald der Knabe/  
Nein Lebtag solcher Vögelein  
Ich viel gefangen habe.  
Trauff schoß er hin mit seinem Pfeil/  
Der Schuß thut ihm gelingen/  
nd thuts / als es rab fiel in eil/  
Dem Vogelsteller bringen.  
Der Vogelsteller fremt sich drob/  
Das es nun wer gefangen:  
Er sang / Er sprang / Er sagt G D T T Lob/  
Das nach sein Wunsch ergangen.  
**Herr Bräutigam / Weil an diesem tag**  
Ihr es bekomt zu eigen /  
Stelt es nühmehr ein all sein Klag/  
Der Schmerzen thuts geschweigen.  
Ben euch zubleiben ist's resoliert  
In Traurigkeit und Frewden/  
Denn was G D T T einmahl conjungirt/  
Das soll der Mensch nicht scheiden.  
Drumb nehmt nun hin ewr Vögelein/  
Mit Euchs zu haus thut führen:  
Macht es gesund / Heilet es fein /  
Thuts wiederumb foviren.  
G D T T gebe daß gesund ihr beyd  
Lang beyeinander bleibet/

Das

Daß Ihr in Fried und Einigkeit  
Zusammn ewr zeit vertreibet.  
Daß dieses schöne Vögelein  
Viel junge mög aushecken/  
Das kein Unglück mög bey ihm sein/  
Kein Furcht / Kein Angst / Kein Schrecken.

Aber der Tichter eilt zum end/  
Das sichs niemand verdriessen:  
Er hofft es sey wohl angewendt:  
Hiemit thut er beschließen.

Cudebat

Marcus Caniffaria Zu Halle.



Id 4206  
g

ULB Halle

3

004 167 287



f  
56

Sik. 18 u. 25 nicht in PICA,  
da Hschr. +90


8-14

24 VD 17

100-By  
Jul. 01

M









XXII.

73

esse jubeat  
ubus,

A.  
issimus juxtà  
DN.

**S T O**  
**L B E C I U S,**  
ad D. Ægidii,  
nsis

*na Virgine*

**A**  
estissimi  
uncvogels /  
i primarii

no-reparata salutis  
us est,

Dörfferi.

